Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37160
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ad infernum tendebam tu me de reduxisti
& tu me iuste millies
milies damnari potuisti cogente
tue benignitatis ineffabilis dul-
cedine pietatis misericordia noluisti
quia amas animas & similes pecca-
tori per penitentia dne deus multe
misericordie in omnibus viis tuis.
Ecce igitur video dne deus meus
& cognosco pleniter tuum & omnino
desiderat anima mea in vita tua magis
quoniam eripuisti animam meam ex infer-
no inferiori & me reduxisti ad vita
totus enim eram in morte totum me
resuscitasti. Quid igitur sit id totum
qui vivo & totus me tibi totum offero
totum spiritum totum cor totum corpus.
Tota anima mea vivat tibi vita mea
quoniam totum me liberasti
ut totum me possideres totum me re-
ceptisti ut totum me habereas Quod
homo tenetur diligere deum Capitulum xvii
Diligam igitur te dne virtus mea
Diligam te ineffabilis exultatio
mea. Vivat iam non michi sed tibi
tota vita mea quia perierat in mise-
ria mea & resuscitata est anima mea